Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26202
Copyright: Admont, Benediktinerstift

rumpatur funiculus argenteus. hoc est donec gla
uis uobis est. ante quam recurrat uitta aurea id est
ante quam arca testamenti auferatur prius quam eteratur
hydria ad fontem. & euoluatur rota super lacum. id est donec
in sco scorum precepta legis & sci spis gia est. & ante quam re
uertaris in babylonem unde in lumbis egressus es ab
rahe. & incipias in mesopotamia commeri unde qndam
profectus es omnisq; gia pphetie qua quondam fuerat
inspiratus reuertatur ad datorem suum. Hec iudei usq; hodie
edisserunt. & ad psonam suam intellegentiam hui capituli tra
hunt. nos autem ad superioris disputationis ordinem reuertentes
singula conabimur explanare. Letare iuuenis in adolescen
tia tua. & bonum sit cor tuum in diebus iuuentutis tue. & am
bula in uiis cordis tui & in aspectu oculorum tuorum. & scito
super omnibus his quia adducet te ds in iudicium. Dixerat luce
mundi hui esse dulcissima. & letari debere hominem in dieb;
uite sue omniq; studio carpere uoluptatem. ingruere enim
noctem mortis eternam quando non liceat pfrui egregiis. &
quasi umbram uniuersa quae habuim pretransire. Hunc q ho
minem cohortatur & dicit. O adolescens ante quam senectus &
mors ingruat letare in iuuentute tua & quecqd tibi corde
bonum aspectu iocundum iudetur assume. fruere ut libet
mundi reb. Rursum ne putaret hec dicens hominem ad lux
uriam puocare. & in epycuri dogma corruere suspitionem
hanc abstulit inferens. & scito quio super omnibus his addu
cet te ds in iudicium. Sic inquit abutere mundi reb; ut
scias te in iudicium iudicandum & repelle iram a corde tuo &
aufer malitiam a carne tua. quia adolescentia & stultitia,
uanitas. In ira omnes perturbationes animi comprehendit. in